



Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

Privilegium Cæsareum Tertium. Anno 1686. die 22. April.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

PRIVILEGIUM CÆSAREUM TERTIUM.

ANNO 1686. die 22. April.

LEOPOLDUS Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germanie, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, Slavonia, &c. Rex, Archi Dux Austriae, Dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae & Würtembergae, Comes Tyrolis, &c. Agnosceimus & notum facimus tenore presentium universitatis: quod cum Nobis Nostris, & Imperii Sacri fidelis dilectus Joannes Baptista Mayr Aulico-Academicus Bibliopolus & Typographus Salisburgensis humillime exposuerit, à Nobis se anno adhuc superiore millesimo sexcentesimo octuagesimo, vigesima septima Martii Privilegii Typographici extensionem super P. Ludovicum Engel Ord. S. Benedict. I. U. Doctoris & in Universitate Salisburgensi SS. Canonum Professoris COLLEGIO UNIVERSI IURIS CANONICI ad sexennum obtinuisse, eo autem nunc proximè terminando ob temporum injuriam fructu laboris & impendiū inde sperato frustratum esse: Ideoque Nobis demissi supplicari, quatenus indemnitatius nova supradicti Privilegi Nostri Cæsarei extensione clementer consulere dignaremur: Nos id genus precibus uti æquitati consentaneis, benignè annuerimus, prout per presentes annuimus: Mandantes omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopegis alijisque quibuscumque rem & negotiationem librariam quovis modo exercentibus distriti, atque fieri sub multa quinque marcarum auri inhibentes, ne quisquam eorum præsumat Opus per aliud sexennum à mensi Martio anni octuagesimi septimi computandum, intra Sacri Romani Imperii Regnorum ac Provinciarum nostrorum hereditariorum fines, similiter aut alio quovis typō vel formā sive in toto, sive in parte recudere, aut alii recudendum date, vel etiam alibi impressum vendere vel distrahere clam vel palam circa voluntatem & absque ipsius Ioannis Baptista Mayr, ejusque hæredum expresso & inscriptis obtento consenserit & licentia præsumat. Si quis verò fecus faciendo, Privilegium hoc nostrum violare seu transgredi auditus fuerit, eum non solum exemplaribus ubique repertus, perperam quippe recusis & adducis (qua quidem prædictus Mayr, ejusque hæredes, sive propria authoritate, sive Magistratus auxilio sibi vendicare poterunt) de facto privandum, sed & sub præfata pena ex semissile risco seu strato Nostro Imperiali inferenda, ex altero vero semissile injuriam passis pendenda, omni spe veniam sublata, multandum decernimus. Mandamus ergo universi Nostris & Sacri Imperii Regnorumque Dominorum nostrorum hereditariorum subditis cuiuscunque status, gradus, dignitatis, ordinis, aut præminentiae fuerint, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, præterim verò iis, qui in Magistratu constituti, vel proprio vel superiorum suorum nomine & loco juris & justitiae administrationem exercent, nequemquam Privilegium hoc nostrum Cæsareum temere & impune transgrederi aut violare patientur, quin potius contumaces quos competerint præscripta pena plecti, alijisque modis idoneis coerceri current, quatenus & ipsi eandem multam pendere maluerint. Harum testimonio literarum manu Nostra subscriptarum & sigilli Nostri Cæsarei appressione munitarum. Quæ labantur in Civitate Nostra Vienna die vigesima secunda mensis Aprilis Anno Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto, Regnum nostrorum Romani vigesimo octavo, Hungarici trigesimo primo, Bohemici verò trigesimo.

LEOPOLDUS.

(L.S.)

V. Leopoldus Guillielmus.
Comes in Kinigegg.

Ad Mandatum Sacre' Cesareæ
Majestatis Proprium

Caspar Florentius Consbruch.